

Haymo.

Justus perfe-
ctiois son-
ditatis om-
nes iniquos
suscipit.

301.

Per marty-
rium sic
transitus in
caelum.

302.

Richard

In vias vir-
tutis semper
ad majora
procedendum.

303.

Joan. 4.

In negotio
virtutis
semper ascen-
siones sunt
meditanda.
Theoph.

304.

Cant. 1.

omnibus odio est hominibus. Sanct. Antipas, ut
testatur Haymo, typum gerebat omnium, qui
pro Christi fide occiduntur, inde recte dicitur
Antipas nam ut interpretatur Pannonius idem
valet, ac sonat, contra omnes; non quod huic
Martyr ad instar Ismaelis manus ejus essent
contra omnes, non contra omnes scilicet impios adhibebat
do, sed contra omnes sanctitatis perfectione, ut omnium machina-
menta, tormenta, ac opprobria pro Christo
illata patienter sustineret.

Tertio, Albert. Mag. Antipas ait, interpre-
tatur donans transitum, & signat martyrium, per
quod fit transitus ad regnum caelorum; vel signat
Martyres, qui occisores suos mortem suam do-
nabant, per quam transibant de mundo ad caelum
Antipas idem valet ac donans transitum, &
aptissime sane hoc nomen martyrio convenit,
nam dum homo moritur pro Christo, ex hac
vita infelici transit ad summam beatitudinis
felicitatem, & requiem, & inde recte ait Hay-
mo, quod hic Sanct. Martyr Antipas omnium
Martyrum typum gerebat

Quarto, Richard. Victorin. Laudo quidem,
ait, quod inter malos usque modo bene vixisti,
quod in fide perseverasti, sed cave ne te solidum
esse credas, sed memento quod Antipas est reus
meus fidelis, & pro me usque ad mortem: iustine
illius exemplo persecutionem pravae nationis: nec
etiam de merito gloriaris, si in altero profec-
eris, quia Antipas qui maiorem poenam, quam tu
sustinuit, in vi tuae meritis te longe praecessit. Cur
Dominus postquam huius Episcopi virtutem
servatam illam inter impios, & postquam
ejus bona opera illustri confirmatione appro-
bavit, Graece enim habetur, Scio opera tua ubi
habitas, ei itatim proponit Sanctum Antipatem
virum sanctitate valde praclarum, insignem
Martyrem multis, & variis cruciatibus tenta-
tum, & in omnibus inventum fidelem, & vir-
tute patientiae coronatum, ut non tantum de
virtutibus habitis gloriaretur, & in eis siliat, sed
semper de die in diem progressum facere om-
nibus viribus intendat.

Cum Christus D. peteret aquam a muliere
Samaritana, mulier se excusabat dare illam,
tunc Christus D. ait, ei: Si scires donum Dei, &
quod quae est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan
petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.

Joan. 4. num. 10. Perpende quam aquam of-
ferat Christus, & quamnam dicit esse Dei do-
num, nimirum aquam vivam, quae non quies-
cit, sed semper novo augmento accrescit, no-
visque fluctibus semper inchoat scaturire: sic
anima Dei gratia repleta non quiescit, sed
semper novo virtutum foetu in praclaros au-
ctus prodit. Theoph. Per o, ait, aquam dicit non
stantem, qualis est in puteis, & lacubus puris,
& corrupta: sed vivam, hoc est, scaturientem,
& qua moveatur; nam gratia spiritus, semper
agilem ad bonum facit animam, ascensionem
semper disponit. Ecce gratia, seu aqua,
quae est donum Dei ut faciat semper hominem
meditari ascensionem in corde suo.

Ad suum sponsum dicit dilecta anima. Oleum
effusum nomen tuum, ideo adolescentula dilexe-
runt te nimis, Cantic. 1. num. 3. Quod maxime
in hac re mirandum est, quod adolescentula-
rum nomine significantur primi illi Christi di-
lectores, Apostolici viri, Martyres ac illu-

strissimi athletae, qui primitias spiritus acce-
perunt, & per quos adolevit Ecclesia Christia-
na. Ita D. Gregor. lib. 19. cap. 9. Philo Car-
patus, Theodoretus, Gregor Nyssen, hom. 1. Theodor.
Nyss.
Sed cur praclarissimi, ac validissimi viri vocan-
tur adolescentulae; Est haec in adolescentulis
cura, quae validissimos Christi athletas potest
designare, nimirum quod a pulchritudinis suae
exornandae opera nesciant cessare, sed quotidie
denuo idem aggrediuntur, omnique componan-
tur lapide pretioso, ac splendenti gemma, auro,
argento, ac fulgenti supellectili, in talibus
nullus eis est finis, sed quotidie novus sol ori-
tur, novaque ornamenta ac pigmenta inveniun-
tur, sic in re praesertim ponderat Philippus Ab-
bas lib. 1. in Cantic. cap. 12. Adolescentula,
ait, dum voti finem aesterant obtinere eis, quos
diligunt, student curiosius complacere: ut se
reddant illorum conspectui gratiosos, mituntur
summo studio, summaque cura videri pulchro-
res, dantes ergo, vel conservanda, vel acquiren-
da operam speciei appositio sibi speculo statum sua
considerant faciei: & gaudent bonis, quae sibi
adesse perpendunt a natura. Ecce cur proceres Ec-
clesiae Principes illustrissimique Christi athle-
tae in animae pulchritudine adolescentulas annu-
lentur; nulla enim praeterit dies, in qua denuo
addito virtutum decore non splendescant, sed sin-
gulis momentis novo iustitiae, ac sanctitatis
augmento proficiunt, & semper sine intermis-
sione se virtutum operibus renovant, & instau-
rant, ut ex Theophylacto refert D. Thomas
in catena ad illa Joan. verba 10. n. 22. Facta sunt
Encania, & ambulabat Jesus in porticu Salomo-
nis, sic ait. Saecula tu quoque spirituales Encan-
ias tui templi celebrari, semper renovando te
ipsum, & ascensionem in corde tuo disponens. Tunc
Jesus erit praesens tibi in porticu Salomonis, pacifi-
cum statum tibi iribaens sub tegmine proprio.

D. Greg.
Carpat.
Theodor.
Nyss.

Philipp.

In salu-
negotio
semper in-
stantia.

Theophyl.
D Thom.
Joan. 12.

Apoc. 2. n. 14. Sed habeo adversum te
pauca, quia illic habes
tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaac
mittere scandalum coram filiis Israel, edere
& fornicari.

Num. 15. Ita habes & tu tenen-
tes doctrinam Nicolaitarum.

VERSIONES.

Arabic. n. 14. Sed tamen restat mihi
adversum te aliquanta
querela, quod scilicet
sint apud te quidam
tenentes doctrinam Balaam, quam docuit Balaacum,
ut objiceret scandalum ante filios
Israel, quando comederunt victimas ido-
lorum, & fornicati
sunt.

Vatabl.

Vatabl.

Qui docebat per Balaac
mittere offendiculum
coram filiis Israel ut
ederent de his, quae
simulachris immola-
bantur, & fornicar-
entur.

Syrus.

Qui docuit Balaac objice-
re offendiculum coram
filiis Israel, quod erat
ad edendum quod ido-
lolarum edunt, & ad
scortandum.

Aretas.

Quo ederent idolis im-
molata, & scortaren-
tur.

Arias.

Edere idolotyta, & forni-
cari.

Pag. Tyg. n. 15.

Ita habes & tu doctri-
nam Nicolaitarum, simi-
liter quod odi.

Prim. Ansel.

Similiter habes, & tu.

Syrus.

Sic habes etiam tu, & qui
tenent doctrinam Nico-
laitarum.

Andr. Caesar. Nicolaitarum quam odi.

EXPOSITIO IX.

305.

ED habeo adversum te pauca, di-
cenda quae emendatione digna
sunt & per poenitentiam delenda,
& tenentes doctrinam Balaam. Merito
qui Nicolaitarum doctrinam tenebant, doctri-
nam Balaam tenentes dicit; tam uni quam al-
teri dicebant indulgendum esse ventri, & lu-
xuriae, edendumque verum, ac idolotyta; id est
carnes idolis immolatas, ac cum qualibet
muliere fornicandum, & hoc dicitur scanda-
lum. Docuit Balaac mittere scandalum, id est, of-
fendiculum Hebraeis, ut eos in peccatum in-
ducerent, de quo latius q. 42.

306.

Ita habes & tu, Pergami, tenentes doctrinam
Nicolaitarum, nempe licere pro libito indul-
gere ventri, & Veneri, & licere idolotyti
promiscue vesci.

QUESTIO XLII

Quare cum Episcopus Pergamenus sit
antea a Domino maxime lauda-
tus, modo tamen se verè reprehen-
ditur;

Maxime ut vidimus superiori versu,
hic Episcopus est a Domino laudatus.
Scio ubi habitas, ubi sedes est Satana, & ta-
men nomen meum non negasti fidem meam.
Ecce qualiter eum Dominus commendat, quod
firmiter nomini suo adhaerit, quod fidem
suam constantissime custodierit, & tamen mo-

do eum reprehendit. Habeo, inquit, adversum
te pauca, quia illic habes tenentes doctrinam
Balaam; cur tali ordine progreditur Do-
minus?

Respondet Richard. Victor. Verus enim ani-
marum medicus, agrorum palpas, cum eum com-
mendat, dicens scio ubi habitas; deinde ferro
vulnerat, ut ad sanitatem reducat, cum increpas
dicens, habeo adversum te pauca. Prudens medi-
cus pusillanimitatis, impatientis, ac timentis infirm-
apostema primum circumquaque suaviter tra-
ctat, & tangit postea verò ferrum infigit, &
latentem ferventemque putredinem educit, &
expulsa putredine locum sanum efficit; ecce cur
prius commendat hunc Episcopum: deinde
eum severe arguit, ut laude delinitus ac inescu-
catus, facilius; ac suavius reprehensionem
audiat, ut factum est cum Episcopo Ephesio
ut supra in hoc capite dixi q. 5.

Secundo, Richard. Victor. Iste, ait, quomodo
laudabilis in semetipso existeret, in eo tamen quod
male viventes viriliter non redarguerat reprehen-
sibilis fuit; qui in hoc tenentes doctrinam Nico-
laitarum habuit, quod novis illos male agere, &
non correxerit. Maximis encomiis fuit hic Epil-
copus antea a Domino condecoratus, quod in
medio pravae nationis nomen suum tenuerit &
fidem non negaverit. Cur tamen modo tam
graviter arguit, quod tenuerit Pergami Nico-
litas tenentes doctrinam Balaam, absque eo
quod viriliter eos increparet; Non mirum, quod
ut culpabilis tam severe redarguatur, de mani-
bus enim Praetatorum requirit Dominus ani-
mas sibi subditorum si ex sua ignavia, ac tor-
pore aliquo defectu peccaverint: Vide quanta
oporteat diligentia vigilare Ecclesiarum Pasto-
res, & Episcopos: quando populi errata pif-
copo tribuit Christus: cum enim dixisset,
habeo adversum te pauca, subdit tantum errata
aliorum: Quia habes illic tenentes doctrinam
Balaam.

Cum Moyses moram faceret in monte Sinai;
Populus convenit ad pontificem Aaron, ut ei
faceret Deos, qui timens populi rebellionem,
ac seditionem contra se, ne eum occideret, pe-
tito auro a populo; in jectoque in igne effor-
matus est vitulus, quem populus adoravit:
descendens Moyses de monte, cum vidisset vitu-
lum ac chotos, iratus valde dixit ad Aaron:
Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super
eum peccatum maximum. Exod. 32. v. 21. Non-
dum Moyses audierat Aaronis facinus, quod
coactus fabricaverat vitulum, & tamen Moyses
videns illum graviter oburgat. Quid tibi fecit
hic populus, & solum videns Aaronem, &
adhuc ejus factum ignorans in eum tanquam
nefariissimi sceleris inductorem invenitur. Cur
bone sic castigas, quem adhuc nescis deliquisse;
Explora prius ut se gessit Aaron, & cum videris
ejus crimen, tunc objurga. Prudentissimus ta-
men judex, ut puniat Pontificem, solum atten-
dit, quod explosa vera Religione, verique Dei
cultu, ipse Pontifex quietus, ac pacatus astabat
absque eo quod nefario operi obstitere, & inde
ei totum crimen attribuitur, cum ipse deberet
etiam vitae profusione resistere tam execrabili
facto; & nullo modo extinctae Religioni super-
vivere Lippoman. Sacerdoti Impingitur. ait, Lippom.
populi pravariatio in Deum, qui animam suam
prodere

308.
Richard.

Reprehensio
fuit ad in-
star pruden-
tis medici.

309.
Richard.

De manibus
Praetatorum
requirit Do-
minus pecca-
ta subditorum.

310.

Exod. 23.

Crimen cui
Pontifex non
resistit ei us-
que auctori tri-
buendum.

prodere magis debuisset. & elegisse moriem civitatis quam tantum admisisse sacrilegium; adduxisse perniciem accusatur, quod non summo cona a fuerat amolitus.

311. Dum Herodes convivio exciperet omnes Procures Jerosolymitanos, iussit Joannem interfici in carcere, Matth. 14. n. 10. Misi & decolavit Joannem in carcere, & allatum est caput eius in disco & datum est puella. Quid sceleratius; quid convivantibus execrabilius; sane caput illud sanctissimum in disco allatum omnes simul discumbentes, tanquam tanti criminis reos damnabat; ut auctor est D. Pasch. lib. 7. in matth. sic exclamans: O ferculum crudele! O discus rosis respersus sanguineis, sed convivantibus valde exitialis! quia in tanto convivio nemo fuit qui prohiberet audaciam Regis, quin imò ut Scriptura ait, propter eas qui pariter sedebant iussit dari. Quo facto omnes sceleris sui facit esse consortes. Caput illud in disco omnes adstantes ut tam nefarii operis reos arguebat, quia nullus ausus fuit resistere impio Regis mandato; & ubi nullus obstitit, nullus repugnat operi nefario, sed omnes tacent, simul cum ingenti supplicio omnes per sua ter reatus. Quæ enim crimina non curas vitare quantum in te est, ea etsi ab aliis fiant, tibi imputant, & acerimas penas pro illis dabis.

QUESTIO XLIII.

De scandalo, quo Rex Balac instruitur fuit à vate Balaam contra Israëlitas, cui comparantur Nicolaitæ

312. Valde nota, & vulgaris est historia, qua Balaam ariolus vocatus à Balac Rege Moab, ut malediceret Hebræis ex Ægypto tendentibus in Chanaan per fines Moabitidis cum Deo prohibente id facere non posset quin potius eis benedicere cogeretur: timebat Balac ne ex transitu Israël populum suum mala pareretur, & ideo conabatur illud avertere; inde magno myterio Rex dicitur Balac quod interpretatur illudens, ut ait Ansbertus, quia si princeps conspicit aliquem culmen suæ dignitatis ambire cum maximè illidere, ac comminere intendit. Balam referebat personam omnium hæreticorum, & idè rectè interpretatur, Populus vanus, ut Haymo ait, Balam interpretatur populus vanus, & significat hæreticos, qui pondus virtutum, & fidei in se non habent, ideoque vani sunt.

311. Utergo Israël destitueret à presidio Dei, & ita superari posset, consilium suggessit Balaam Regi Balac, ut ad castra Israël submitteret elegantissimas puellas Moabitides, quæ eos ad fornicandum allicerent, ea tamen conventionione, ac conditione, ut Hebræi prius ederent idolotya, id est carnes idolis immolatas, quas Gentiles comedebant, ut advertit hic D. Bernard. Senens; utque inde Israëlita Camos, aliaque Moabitarum idola colerent, & hoc fecit Balaam eo consilio ut Hebræos, ut jam dixi, à Deo vero averteret, & ad idola ac libidinem

Qui non obstitit sceleribus cum sceleratis damnatur.

Significatio nominis Balaam, & Balaam. Ansbert.

311. Consilium Balaam.

D. Bernard.

adduceret; & hæc est clades Hebræorum colentium Beelphegor N. 25. & de hoc peccato Num. 25. loquitur David Psal. 105. n. 28. Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum, id est idolorum, quia idola mortua sunt.

Balaam ergo tale hoc consilium dedisse clarè patet ex Num. 31. n. 6. Proindeque Nicolaitas cum Balaamo comparat; quia instar illius adtraebant licere indulgere ventri ac Veneri, edere opiparè quidvis, etiam si esset idolotytum lege Apolto orum prohibitum Act 15. n. 29. ut gula hæc esset fomentum luxuriæ. Nam Nicolaitæ ob suam nimiam luxuriam dicebant concubitus, ac mulieres etiam conjugatas esse communes sic etiam pro eorum gula dicebant omnes cibos esse communes, omniaque esse comedenda, quamvis essent idolotyta; hæc prava doctrina Nicolaitarum aperte colligitur ex præenti textu. Edere & fornicari. Ita habes & tu, seu ut alii legunt: Similiter habes & tu. Syrius, sic etiam habes tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Sicut Balaam docebat de omnibus edere, & fornicari, ita similiter & sic etiam Nicolaitæ: de eorum secta egi hoc cap. 2. expositione 4.

Hæc peccata inducta à Balaam edere, & fornicari cur potius significatur nomine scandalii quam appetitus seu concupiscentiæ; Respondet Albert. Magn. Quia ista peccata maxime no. a, & ideo ad malum exemplum maxime efficiacia.

Hic tamen advertit quod Pergami Episcopo vitio datur quod in civitate sua habet malos magistros, ac eos consiliarios qui consiliis suis fovebant libidines, ac turpitudinem, à quibus nil potest venire nisi extrema ruina, ac perditio. Dubius Saul an deberet ire in pugnam, consulit Dominum, inquit Textus, & ait Saul ad Achiam: Applic a arcam Domini, erat ibi arca Domini in die illa. 1 Reg 14 n. 18. A nullo Rex consilium accipere voluit, nisi ab arca Dei, & cur Rex non à ducibus consilium capere voluit, sed à sola Dei arca: prudenter quidem, nam ab irreligioso, iniquo consiliario nil citius, quam præcipitum consulens ibus offertur, quod cum Rex evitare vellet ad arcam Dei confugit. Eleganter D Greg. lib. 5. D. Greg. exposit. c. 4. Ab irreligiosis quidem, ait, Religionis consilium, aut sapientia a stultis petere, non est consilium accipere, sed præcipitare. Bene ergo dicitur: erat ibi arca Dei: quia in rebus dubiis idolos debemus consulere, quibus aperte scimus spiritualia dona non deesse.

QUESTIO XLIV.

Quare hæc simul duo connectuntur, edere, & fornicari?

Valde mirum, quod Pergami, ut erant veri Dei cultores, multique pro Christi nomine glorioso Martyrio laureati, quod ibi inveniantur plurimi doctrinam Balaam tenentes: hoc sane non multum mirandum, nam ubi virtus radices figit, ubi cultus Dei propaga ur, ibi & scandala ab hoste humani generis seminatur. Auctor

Imperfect. Auctor Imperfectus hom. 13. Sicut enim, ait, ubicumque fuerit triticum, necesse est ut inveniatur & zizania, sic & ubicumque fuerit bonum Dei, illic erit & scandalum inimici.

318. Balaam, qui de semet ipso ait, quod auditor sermonum Dei fuerit qui visiones omnipotentis Dei sit intuitus, ut ipse de se dixit, Num. 24. num. 16. tamen documenta diaboli præstant Balac edere illicita, & fornicari, cupiditate habendi cæcis, ut ait Joachim Abbas in præfenti, ad quod enim scelus non præcipitat avaritia.

319. Balaam pergens ad populum suum, ut dicitur Num. 24. num. 14. dedit consilium Regi Balac ut Israëlitas ad idololatriam sollicitaret non propositis divitiis, & honoribus, sed missis mulieribus, diabolus enim illud vitium attendit, ad quod præcipuè inclinamur & ideo propensionem Israëlitis ad carnales delicias habens exploratam; eas illis objicit, ut eis consensum præbentes, male percant. Ambrosius, Ansbertus. Callidus deceptor, ait, vitium per quod facilius ruerent, exploravit, promos enim ad fornicationem prævidit animos filiorum Israël, & ideo consilium dedit Balac ut mulieres pulcherrimas coram eis poneret, quarum specierum delectati, in amplexus illicitos ruerent, &c.

320. Consilium enim exitit ut jam dixi, quod Rex mireretur pulcherrimas puellas in exercitus Israël, quæ primò alliciebant eos ad convivia, & sacrificia idoli, proposita mercede extremæ luxuriæ, nec antea stuprum admittabant, quàm viderent juvenes illicita comedere, & idolis thus adolere; imò primò dicitur edere, quàm fornicari, prius cogebant comedere idolotyta & postea ad stuprum admittabantur, & hic est ordo iniquitatis, quod prius sit edere, quàm libidini indulgere; ad luxuriam enim itur per ingluviem. Hoc docuit D. Isidorus Pelusioti lib. 1. Epist. 423. cum ait. Vide ne per ingluviem in libidinem incidas, atque duobus ad frantum contumacibus aculeis abruptus inveniaris, qui te in exitu voraginem præcipitem agant.

Utrumque simul conjungit edere, & fornicari, cum quodlibet ex his duobus sufficientissimum esset ad corrumpeudam Israëlitarum mentem, tamen meritò utrumque conjungitur, quia gula, & libidinis indissolubilis ferè est nexus. Quod explicat D. Gregor. Nazianz. in sententiis. Quæ admodum, ait, hoc fert ignis natura ut ad subjectam materiam ardeat: sic etiam natura comparatur est, ut immodicam satietatem libido comiterur, ut influens materia flamma vires addit, ita vinum languentem libidinem excitat.

322. De Esau, ait Apostolus Paulus Hebr. 12. num. 16. Ne quis fornicator, aut prophanus; ut Esau. Quomodo Esau dicitur ab Apostolo eximie fornicator, ac si in hoc omnes superet, & nullus sit ei similis? Cum de se jus appetitu luxuriosus nihil in Scriptura legamus; legitur tamen quod tam impatiens gulæ extiterit, ut pro lentis edulio primogenita venderit Genes. 25. n. 3. Cum gulæ appetitus tam vehemens esset, inde rectè colligit Apostolus, quod effrenis, ac immodicus erat luxuriæ cum hu ulmodi appetitus inter se catenatim connectantur. D. Isid. Pelusiot. lib. 1. Epist. 201.

Genes. 25. Ex gula reple luxuria infertur. Pelus.

Diabolus avertit ad vitium, ad quod inclinamur.

Per ingluviem ad libidinem itur.

D. Isidor.

321. Gula est libidinis nexus.

D. Greg.

322. H. br. 12.

Cum illud, ait, exploratissimum habeas, gulam ad libidinem, & lascivias trahere, nihil necesse fuit quod ex me sciscitareris, quid sit, ne quis fornicator, aut prophanus, ut Esau, cum scriptura cum primogenitorum juris perditorem propter venis ingluviem ac voracitatem fuisse convinctat. nam cum gula deditum fuisse ostendit, & quoque fornicatorem fuisse satis monstravit.

Filiæ Loth cum essent in monte cum patre, invicem se adhortabantur. Veni, imbriemus cum vino, dormiamusque cum eo, ut servare possimus ex patre nostro semen, dederunt patri suo bibere vinum nocte illa, & ingressa est major, dormivitque cum patre. Genes. 19. num. 32. Quod turpius, & execrabilius accedere poterat; Valde incestuosa ibi agebatur lascivia, sed quomodo tam fœda luxuries trahi potuit in domum viri piissimi, auxilio nempe vini, & ab auxilio vini omnis turpitudine, ac horribilitas luxuriæ facile provenit. Theodoret. quæst. 69. Auxilium vini acciverunt: cumque patri sensum majori copia vini ademissent, illum seminis auctorem declararunt.

Apocal. 2. n. 16. Similiter poenitentiam age, si quominus veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei.

Num. 17. Qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis, vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.

VERSIONES.

Tygar. n. 16. Respice, alioquin veniam tibi citò, Aretas. Respice alioquin veniam.

Syrus. Quod si autem non venero tibi citò, & bellum geram, cum ipsis gladio oris mei. Arias. Si verò non veniam tibi citò.

Primasius. Pugnabo tecum in romphæa oris mei. Aliqui apud Ansb. Venio tibi, & pugnabo tecum.

Aretas. n. 17. Vincenti dabo edere de manna abscondito, & nomen novum, quod nemo scit, nisi accipiens.

Syrus. Arab. Dabo illi computum, vel supputationem clarum. Victorin. Dabo illi gemmam albam lucidam.

D. Hieron.

323.

Genes. 19. Luxuria auxilium vendit à vino.